



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXX. Libellus repudij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

## XXX. LIBELLVS REPVDII.

**D**Vm & inter illum & coniu-  
gem suam illam, non charitas  
secundum Deum, sed discordia re-  
gnat, & ob hoc pariter conuersare  
minimè possunt: Placuit vtriusque  
voluntate, vt se à consortio separa-  
re deberent, quod ita & fecerunt.  
Propterea has epistolas inter se vno  
tenore conscriptas fieri, & adfir-  
mare decreuerunt: vt vnusquisque  
ex ipsis, siue ad seruitium Dei in mo-  
nasterio, aut copulæ matrimonij  
sociare se voluerit licetiam habeat,  
& nullam requisitionem ex hoc de  
parte proximi sui habere non de-  
beat. Si quis vero, aut aliqua pars ex  
ipsis hoc emutare, aut contra parem  
suum repetere voluerit, inferat pari  
suo auri lib. i. & vt decreuerunt à  
proprio consortio sequestrati, in ea  
quam elegerint parte permaneant.



160 MARCVLFI MONACHI  
Facta epistola, sub die illo. Anno il-  
lo, regnante illo Rege.

XXXI. *M A N D A T V M.*

**D**Omino fratri illi, ille. Precor  
& supplico dominationi ve-  
stræ, dum & causam pro alode, aut  
qualicumque, cum homine nomi-  
ne illo, in palatio, aut vbilibet, ha-  
bere videor, & ipsam causam susci-  
pere admallandam, vel prosequen-  
dam in vice mea debeas, & cum su-  
prascripto illo ex hoc rationare, vel  
quicquid exinde cum eo de ipsa  
causa egeris, gesserisue, ratum & de-  
finitum apud me esse cognoscas.  
Factum mandatum sub die illo.

XXXII. *I N-*